Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

cum diligentibus nomen tuum. Gressus meos
dirige secundum eloquium tuum: et non dominetur
mei omnis iniustitia. Redime me a calumpniis
hominum: ut custodiam mandata tua. Faciem
tuam illuminia super seruum tuum: et doce me iu-
stificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt
oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.
Iustus es domine: et rectum iudicium tuum. Man-da-
sti iustitiam testimonia tua: et veritatem tuam
nimis. Tabescere me fecit zelus meus: quia
obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum elo-
quium tuum vehementer: et seruus tuus dilexit illud.
Adolescentulus sum ego et contemptus: iustificationes
tuas non sum oblitus. Iustitia tua iustitia in
eternum: et lex tua veritas. Tribulatio et an-
gustia inuenerunt me: mandata tua meditatio
mea est. Equitas testimonia tua in eternum:
intellectum da mihi et viuam. Gloria patri